



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Babino presbytero. et martyre. Cap[itulum]. cxxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse february occurrētibus. Fo. lxxij.

et oratione premissa decollata est. Eius corpus sepelita senarix accepit: et eū in nauī derulit: ut romā ueniens ipm ibidē sepeliret. Sed orta tempestare nauis in fines campanie ad portus puteolanum impellit: et ibidē vno miliario a mare corpus uirginis sepelit. Etenus nō non post multo tēpore nauigās maris tēpestare cū trīgintaquattuor uirīs submersus est. Passa ē autem uirgo xpī. xiiij. kalen. martij.

De serō pollochronio epō et mar. La. cxxxij.

Pollochronius ep̄s et martyr: apud babiloniā ciuitatem passus est sub decio cesare. Qui cū aduersus perfas congressus esset: et habita uictoria multas ciuitates obrinuisset: ueniēs ad ciuitatē babilonice pollochroonium ep̄iscopū xpianorum tenentē iussit cū presbyteris parmentio: elymate: et chrysofello: et diaconibus luca et mutio: quos fecit duci ad sacrificandū: et sacrificare nolētēs ac xp̄m cōfiterēs in custodia reclusit multis diebus. Interimq; in ip̄ay: be templū saturno edificauit. Et cū ad nouum templum ep̄m cum eius clero duci fecisset: et ut sacrificia offerrent instaret: et pollochronius neq; sacrificare neq; uerbū aliq̄d decio respondere uellet interrogauit decius permentū cur ep̄s eorū mutus effectus esset: qui respondit: q̄ nō obmutuerat: sed os sanctū in stercoza coinquinare uolebat. Propter qd̄ decius linguā parmentij precidit fecit: q̄ tamē ut prius experire loquebat. Tūc iratus decius iussit os pollochroonii lapidibus contūdi. Et dū cedere emisit sp̄m. Post hec decius ambulās in ciuitate cordulā: parmentū et socios fecit uinctos adduxit: de quibus in eorū passione agef decimo kalen. martij. Corpus nō pollochroonii ante templum dimisit. Quod duo reguli abdon et fenne xpiani noctu colligentes ante muros babilonie tumularunt decimotertio kalendas martij.

De sancto Sauiuo epō. La. cxxxij.

Sauinus ep̄s ciuitatis canusine claruit tpe torille regis gorbuz. Qui inter cetera dona sibi a deo concessa: spū pphetico claruit. Qd̄ torilla rex gorbuz audies minime credidit: sed probare studuit quod audierat. Eū em̄ in eisdē partib; deuenisset: et a uirō deuinitatus ad eius deperā discubuisse: cū iam ep̄s longo sentio lumen oculorū amississet: puer ex more eidē patri poculū prebuit: sed rex silenter manū extendēs calicē puero abstulit: eūq; per se uice pueri ep̄o porrexit. Tunc ille calicē accipiens: sed tamē ministrū nō uidēs dixit: uiuat ista manus uiuat talis minister. De quo rex letus erubuit: qz quis deprehensus esset: in sancto quod querebat inuenit. Cum autem sabinus longo sentio traheretur: archidiaconus

eius ep̄iscopatum ambiens: uinifus: et eius animū precio precibusq; corrupit ut mixto uino sibi uenenum propinaret. Qui refectionis hora ep̄scopo ueneni poculum obtulit: sed ep̄scopus eidem ut illud statim biberet imperauit. Tremefactus pincerna deprehensus se sentiens maluit moriturus bibere: quā penas pro tāta homicidij culpa tolerare. Tuncq; ad os sibi calicem posuisset: ep̄scopus compefcuit seq; uenenum bibiturum obtulit: mandans ut ad illos qui sibi dederat iret: etq; diceret q̄ sauinus quidem uenenum biberet: sed ipse minime ep̄scopus esset. Facto ergo signo crucis uenenum ep̄scopus bibit: et illesus permansit: eademq; hora archidiaconus eius alibi existens subito defunctus est: ac si per os ep̄scopi ad archidiaconi viscera mortiferum transiisset. Qui uisit in pace uir domini. xiiij. kalendas martij. Hec gregorius. iij. dial. cap. v.

De sanctis Maximo et Claudio socijs martyribus. La. cxxxij.

Maximus et claudius fratres can̄ pape et gabini presbyteri: et uxor claudij prepedita et filij eius alexander et cucia preclarissimi genere et urbe: agente fratre eorū bino presbytero a sancto caio papa baptizati sunt. Ob hoc iussu diocletiani imperatoris tenti sunt a iudice iulio. Et maximus quidem capitalem sententiam accepit. Claudius nō cum coniuge et filijs in exilium deportati: deinde incendio cōcremati odoriferum martyrij sacrificium domino reddiderunt. Quorum corpora in mare apud ostiam iactata fuerunt. Sed eorum reliquias christiani requirentes cum corpore maximi iuxta muros ostie uerbis sepeluerunt. Qui passi sunt. xiiij. kalendas martij.

De sancto Symeone ep̄scopo et martyre. La. cxxxv.

Symeon ep̄s hierosolymitanus et martyr: p̄pinq; saluatoris fm carnē exstitisse dignoscitur ac filius cleoppe qui fuit frater ioseph iusti: ut dicit Hieronymus. Hic ut. iij. ecclesiastice hystorie habetur post sacrobium fratrem domini hierosolymorum pontifex: sub persecutione traiani imperatoris cum iam esset decrepitus: accusatus est ab attico cōsulari tanq; christianus. Qui ab eo tentus multisq; supplicis affectus: tandem crucis patibulo appensus martyrio consumatus est: omnibus qui aderāt etiam ipso iudice de eius patientia admirantibus: et q. cxx. annorum senex crucis patibulū pertulisset: qui passus est. xiiij. kalendas martij.

De sancto Sabino presbytero et martyre. La. cxxxvi. i. iij



Cabinus presbyter et martyr nobilis civis romanus ex genere diocletiani imperatoris et frater sancti cæsaris pape fuit. Hic liberilibus studiis dux esset gentilis non mediocriter eruditus: factus christianus et presbyter libros et tractatus ad fidei eruditionem plurimos compilabat. Hic germanos maximus et claudius cum uxore claudii et filiis ad christum convertit: et per manus cæsaris pape baptizari fecit. Filiam quoque suam susannam virginem pulcherrimam ab infantia christianam sacris litteris erudit. Que cum ob eius nobilitatem et elegantiam a maximiano diocletiani filio in coniugium peteretur: et puella consentire nolleret: dicens se christo domino desponsatam non posse alicui viro: et potissime idolorum cultorum matrimonio copulari: et gabinius presbyter ab imperatore requisitus: eam ad hoc compellere nolleret: in carcerem iussu augusti mittitur ibique fame et vinculis maceratur. Qui etiam post aliquot tempus ibidem expiravit. Cuius corpus cæsar papa germanus eius sepelivit. xi. kalendas martii.

De sanctis Septuagintanorum martyribus. Cap. cxxviii.

De sanctis innumerabilibus martyribus. Cap. cxxvii.



Innumerabiles sancti

martyres quorum numerum solus dei scientia colligit apud christi civitatem passi sunt. De quibus octavo libro ecclesiastice hystorie scribitur: quod diversi sexus et etatis ac ordinis ex egypto illuc advenientes persecutione in christianos imminere a paganis tenti sunt. Et confitentes christum primo quidem per omne corpus flagris laniati: deinde in arena bestiarum diversorum generum traditi sunt. Cum autem a feris minime lesi fuissent aliique gentiles rei mortis bestiarum subiecti subito lacerati essent. Iterum sancti martyres feris exponuntur: ut ex paganorum moribus incitate in sanctos ferociores redderent. Et cum nec sic in eos prevaluissent mutatis super eos ferocioribus animalibus omnino intacti permanserunt. Quod dum pagani magice ascriberent ad alias feritates feris immaniores se converterent. Et alios quidem ex sanctis gladiis trucidarunt: alios flammis incendunt: alios in mari necaverunt: alios capitibus absciderunt: nonnullos etiam inedia consumaverunt: quosdam vero reclusos: quosdam vero deorsum verso vertice patibulis affixerunt: qui omnes in confessione veritatis coronas passionis a domino perceperunt. Horum gloriosam multitudinem ad victoriam incitabant beati cyranus et silvanus et philenus et atque linus episcopi

et necnon cenobius presbyter qui omnes una secus felici agone palmas adepti sunt. Nam cyranus et silvanus episcopi bestiarum moribus interierunt: philenus et linus episcopi ignibus consumpti: cenobius vero presbyter cum pluribus alijs decollatus est. Horum omnium passio recollitur. x. kalendas martii.

De sanctis Septuagintanorum martyribus. Cap. cxxviii.



Septuagintanorum

martyres apud siciliam passi sunt: Qui sub diocletiano augusto per diversa tormenta confessionis sue coronam a christo sibi paratam percipere meruerunt. ii. kalendas martii. Hec hiero. in martyologio.

De sancto Symmacho papa et confessore. Cap. cxxix.



Symmachus papa

sardus ex patre fortunato anastasio secundo pape in pontificatu romano successit et sedit annos. xv. menses. vii. dies. xviii. In cuius electione tanta rome dissensio fuit: ut electo quodam laurentio una cum symmacho: senatores laurentii partibus fauentes adversus ceteros qui symmacho adhererent: bellum inferrent multaque cedes et homicidia facientes: plerisque sacerdotum et clericorum ac civium extirperent. Denique ambo vno die ordinati sunt. Symmachus quidem in ecclesia constantina: laurentius vero in ecclesia sancte marie. Sed cum neutra pars alteri cederet: conducerunt: ut lis incepta iudicio regis theodosii finiret. Qui ravenna positus dum legatos partium audisset: decrevit: ut quem maior pars cleri et populi elegisset: ipse in sede apostolica resideret. Sicque symmachus in quem maior pars convenerat pontifex factus constituit: laurentium episcopum in nicena civitate intuitu misericordie. In hac dissensione sanctissimus paschasius ecclesie romane diaconus partibus fauebat laurentii bona fide. Die symmachus constituit: ut omni die dominico in natalicij apostolorum et sanctorum precipuorum. Gloria in excelsis deo canteretur. Et que sequuntur post verbum angeli addidit in eodem hymno. Post paucos annos criminatur symmachus ex invidia per falsos testes: et occulte laurentius renovatur: et iterato clerus dividitur quibusdam adherentibus symmacho nonnullis autem laurentio. Sed convocata synodo cccv. episcoporum expurgatur symmachus de crimine falso: et cum gloria restituitur. Laurentius vero depositus cum suis condemnatur. Post hec symmachus in pace sedi apostolice presides: sanctitate conspicuus quievit in pace. ix. kalendas martii. Sepultusque est apud sanctum petrum miraculis coruscans.